Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Etymologiae

Isidorus <Hispalensis>

[Augsburg], 1472

Liber dvodecimvs de pecoribvs et ivmentis [...]

urn:nbn:de:bsz:31-128502

Visual Library

mendatio·ſed hiſtorica affirmatione confirmant. Sed et quidã
aſſerunt ſtrigas ex hominibus fieri. Ad multa enim latrocinia
figure ſceleratorum mutantur·et ſiue magicis cantibus·ſiue her
barum veneficio· totis corporibus in feras tranſeũt. Siquidem
& per naturam pleraq; mutationem recipiunt·et corrupta in di
uerſas ſpecies transformantur·ſicut de vitulorum carnibus pu/
tridis apes·ſic de equis ſcarabei·de mulis locuſte·de cancris ſcor
piones. Ouidius. Concaua littorei ſi demas brachia cãcri. Scor/
pius exibit·caudaq; minabitur vnca Finit liber vndecimus

INCIPIT · LIBER · DVODECIMVS DE · PECORIBVS · ET · IVMENTIS

OMNIBVS · ANIMANTIBVS · Adã PRIMVM · VOCABVLA · INdidit· APPELLANS · VNICVIQ; · Nomẽ ex preſenti inſtitutione· iuxta cõditionem nature cui ſeruiret. Gentes autem vnicuiq; animalium ex propria lingua dederũt vocabula. Non autem ſecundum latinam linguam atq; grecam· aut quarumlibet gẽtium barbararum nomina illa impoſuit adam·ſed illa lingua que ante diluuium omnium vna fuit·que hebrea nuncupatur. Latine autẽ animalia ſiue animantia dicta·q; animentur vita· & moueantur ſpiritu·. Quadrupedia vocata·quia quatuor pedibus gradiuntur que dum ſint ſimilia pecoribus· tamen ſub cura humana non ſunt· ut cerui·damule·onagri·& cetera. Sed neq; beſtie ſunt·ut leones neq; iumẽta·ut vſus hominum iuuare poſſint. Pecus dicimus omne quod humana lingua & effigie caret. Proprie autem pe/ corum nomen his animalibus acomodari ſolet·que ſunt aut ad veſcendum apta·ut oues & ſues·aut vſui hominum comoda· ut equi & boues. Differt autem inter pecora & pecudes. Nam ve/ teres cõmuniter in ſignificatione omnium animalium pecora dixerunt. Pecudes autem tantum illa animalia·que educũtur· quaſi pecuedes. Generaliter autem omne animal pecus a paſcen do vocatur. Iumenta nomina inde traxerunt·q; noſtrum la/ borem vel onus ſuo adiutorio ſubuectando vel arando iuuent· Nã bos carpẽta trahit· & duriſſimas terre glebas vomere vertit

Equus & asinus portant onera· & hominum in gradiendo la
borem temperant. Vnde et iumenta appellantur·ab eo q; iuuét
homines·sunt enim magnarũ viriũ animalia. ¶ Eadem quoq;
armenta·vel q; sint apta armis·id est boello· vel q; his in armis
vtimur. Alii armenta tantũ boues intelligunt·ab arando· quasi
aramenta. Discretio est autem inter armenta & greges. Nam ar
menta equorũ & boum sunt ¶ Greges vero caprarum & oui/
um. ¶ Ouis molle pecus lanis·corpore inerme· anio placidum
ab oblatione dictum· eo q; apud veteres in initio non tauri· sed
oues in sacrificio mactarentur ¶ Ex his quasdam bidentes vo/
cant· eo q; inter octo dentes duos altiores habét· quas maxime
gentiles in sacrificium offerebãt. ¶ Veruex vel a viribus dictus
q; ceteris ouibus sit fortior· vel q; sit vir·id est masculus· vel q;
vermes in capite habeat quorum excitati pruritu·inuicem se cõ
cutiunt·& pugnantes cum magno impetu feriuntur. ¶ Aries
vel a potu arios· id est a mare vocatus Vnde apud nos in gre/
gibus masculi mares dicuntur·siue q; hoc pecus a gentibus pri
mum est aris immolatum· aries q; aris impõebatur. Vnde est
illud. Aries mactatur ad aram ¶ Agnum quam q̃m et greci vo
cent a potu agno· quasi pium Latini tamen ideo hoc nomen
habere putant·eo q; pre ceteris animantibus matrem agnoscat·
adeo ut &iam si in magno grege errauerit·statim balatu recog/
noscat vocem parẽtis ¶ Hedi ab edendo vocati·parui enim pin
guissimi·& saporis iocundi. Vnde & edere·inde & edulium vo
catur ¶ Hircus lasciuum animal & petulcum·& ferũs semper
ad coitum· cuius oculi ob libidinem in transuersum aspiciunt·
vnde & nomen traxit. Nam hirci sunt oculorum anguli secun/
dum suetonium. Cuius natura adeo calidissima est·ut adaman
tem lapidem (quẽ nec ignis nec ferri domare valet materia) so/
lus huius cruor dissoluat. Maiores hirci cinifii dicunt̃ a fluuio
cinife in libia·vbi grandes nascuntur ¶ Capros & capras a car/
pendis virgultis quidam dixerunt. Alii q; carpant aspera. Non
nulli a crepitu crurum. Vnde eas capras vocitatas·q̃ sunt capre
agrestes·quas greci ,p eo q; acutissime videant mideroscepon·
id est dorcas appellauerunt· morantur enim in excelsis monti/
bus et q̃muis de longinquo·vident tamen omnes qui veniunt
¶ Eedem aũt et capree·eedem ibices quasi auices·eo q; ad instar
auium ardua & excelsi teneant·& in sublimibus inhabitent·ita

ut de sublimitate vix humanis obtutibus pateant. Vnde & me/
ridiana pars ibices aues vocat·qui nili fluenta inhabitant. Haec
itaq; animalia ut diximus in petris altissimis cõmorantur· ut si
quando ferarum vel hominum aduersitatem presenserint·de al
tissimis saxorum cacuminibus sese precipitantes·in suis se corni/
bus illesa suscipiunt. ¶ Cerui dicti a poton ceraton·id est a cor/
nibus·cerata enim grece cornua dicuntur. Hi serpentiũ inimici
cum se grauatos infirmitate persenserint·spiritu narium eos ex/
trahunt de cauernis·& superata pernicie veneni· eorum pabulo
reparantur. Dictamũ herbam ipi ꝓdiderunt· nam eo pasti ex/
cutiunt acceptas sagittas. Mirantur autem sibilum fistularum.
Erectis auribus acute audiunt·summissis nichil. Siquando im
mensa flumina vel maria transnatãt· capita clunibus preceden/
tium superponunt·sibiq; inuicem succedentes·nullum laborem
ponderis sentiunt ¶ Tragelaphi a grecis nominati·qui dum ea/
dem specie sint ut cerui·villosos tamen habent armos ut hirci·
& menta protensis hirsuta barbis· qui non alibi sunt q̃m circa
phasidem. ¶ Hinnuli filii sunt ceruorum·abnuere dicti·q̃a ad
nutum matris abscondunt ¶ Damula vocata·q̃ de manu effu/
giat·timidum animal & imbelle. De quo marcialis. Dẽte timet
aper·defendunt cornua ceruum. Imbelles damme·quid nisi pre
da sumus ¶ Lepus quasi leuipes·quia velociter currit. Vnde et
grece pro cursu lagos dicitur· velox est enim animal· & satis ti/
midum. ¶ Cuniculi genus agrestium animalium·dicti quasi
caniculi· eo q̃ canum indagine capiãtur vel excludantur ab spe
luncis. ¶ Sus dicta·q̃ pascua subigat·id est terra subacta escas
inquirat ¶ Verres q̃ grandes habeat vires ¶ Porcus quasi spur
cus·ingurgitat enim se ceno·luto immergit·limo illinit. Oratius
Et amica luto sus. Hinc &iam spurcicia vel spurius nuncupat
Porcorum pilos setas vocamus. Et setas a sue dictas·a quibus
& sutores vocant·q̃ ex setis suant·id est consuãt pelles ¶ Aper
a feritate vocatus· ablata f littera·& subrogata p· & apud grecos
siagros id est ferus dicitur. Omne enim quod ferũ est et immi
te abusiue agreste vocamus ¶ Iuuencus dictus·eo q̃ iuuare in/
cipiat hominum vsus in excolenda terra. Vel quia apud gẽtiles
ioui semper vbiq; iuuencus immolabatur·nunq̃m thaurus. Nã
in victimis &iam etas considerabatur ¶ Taurus grecũ nomen
est sicut et bos. Indicis tauris color fuluus est·volucris pnicitas

pilis in contrariũ versis·caput circumflectunt·flexibilitate qua
volunt·tergi duricia omne telum respuũt immiti feritate ¶ Bo/
uem greci boeten dicunt. Hunc latini trionem vocant·eo q̃ ter
ram terat·quasi terionem. Neuius. Trionum hic moderator ru/
sticus. Cuius latitudo pellium a mento ad crura palearia dicun
tur a pelle ipa·quasi pallearia·quod est generositatis in boue sig
num. Boum in sociis eximia pietas· nam alter alterum inquirit
cum quo ducere collo aratra consueuit·& frequenti mugitu pi/
um testat̃ affectum si forte defecerit ¶ Vacca dicta quasi boacca
est enim ex qualitate mobilium nominũ·sicut leo leena· draco
dracena ¶ Vitulus et vitula a viriditate vocati sunt·id ẽ ab etate
viridi·sicut virgo ¶ Vitula autem parua est & nondum enixa·
nam enixa iuuenca est aut vacca ¶ Bubali vocati per deriuatio/
nem·q̃ sint similes boum·adeo indomiti·ut pre feritate iugum
ceruicibus non recipiant·hos affrica procreat ¶ Vri agrestes bo
ues sunt in germania·habentes cornua in tantum protensa· ut
regiis mensis insigni capacitate ex eis gerule fiant· ¶ Camelus
causa nomen dedit·siue q̃ quando oneratur(ut breuiores et hu
miles fiant)accubãt·quia greci cami humile & breue dicũt·siue
quia curuus ẽ dorso· camur enim verbo greco curuũ significat·
Nos licet et alie regiones mittant·sed arabia plurimos. Differũt
autem sibi· nam arabici bina tubera in dorso habent· reliquarũ
regionum singula. ¶ Dromeda genus est camelorum·minoris
quidem stature·sed velocioris·vnde & nomen habet. Nam dro
mos grece cursus vel velocitas appellatur. Centũ et eo amplius
miliaria vno die pergere solet. Quod animal sicut bos et ouis et
camelus ruminat ¶ Ruminatio autem dicta est a rumine emi/
nente gutturis parte·per quam dimissus cibus a ceteris animali
bus reuocatur ¶ Asinus & asellus a sedendo dictus· quasi asse/
dus· sed hoc nomen quod magis equis conueniebat· ideo hoc
animal sumpsit·quia priusq̃m equos caperent homines·huic p̃
sidere ceperunt·animal quippe tardum·et nulla ratione renitens
statim ut voluit homo sibi substrauit. ¶ Onager interpretatur
asinus ferus·on quippe greci asinum vocant·agriam ferũ. Nos
affrica habet magnos & indomitos & in deserto vagantes· sin/
guli autem feminarum gregibus presunt. Nascẽtibus masculis
celant·et testiculos eorum morsu detruncant· quod cauẽtes ma
tres·eos in secretis locis occultant. ¶ Asini archadici dicti·eo q̃

ab archadia primum vecti sint magni et alti. Minor aut asellus agro plus necessarius est·quia & laborem tolerat·& negligētias propemodum nō recusat ¶ Equi dicti·eo q̃ quādo quadrigis iungebantur equabantur·pareq̃ forma· et similes cursū copulabātur ¶ Cauallus antea a cauo dictus. Caballus a cauādo dictꝰ propter q̃ gradiens vngula impressa·terram concauet·quod reliqua animalia non habent ¶ Inde & sonipes·q̃ pedibus sonat Viuacitas equorum multa·exultant enim in campis·odorantur & ad boellum·excitantur sonitu tube ad prelium·voce accensi ad cursum prouocantur. Dolent enim cum victi fuerint·exultant cum vicerint. Quidam hostes in bello sentiunt· adeo ut aduersarios morsu petant. Aliqui ꝓprios dominos recognoscunt·obliti mansuetudinis si mutētur. Aliqui preter dominum nullum dorso recipiūt. Interfectis vel morientibus dominis·multi lachrimas fundūt. Solum enim equum preter hominem lachrimare & doloris affectum sentire. Vnde & in centauris equorum & hominum natura permixta est. ¶ Solent enim ex equorum vel mesticia vel alacritate euentum futurum dimicaturi colligere. Etas longeua equis persicis·vgnicis·epiroticis·ac siculis·in annis vltra quinquaginta. Breuior autem hispanis ac numidis & gallicis frequēs oppinio est ¶ In generosis eq̃s (ut aiūt veteres) quatuor expectantur·forma·pulcritudo·meritū atq̃ color. Forma·ut sit validum corpus & solidum·robori cōueniēs altitudo latus longum substrictum·maximi & rotundi clunes· pectus late patens·corpus omne musculorum densitate nodosum· pes siccus & cornu cōcauo solidatus. Pulcritudo·ut sit exiguum caput & siccum·pelle ꝓpe ossibus adhereēte·aures breues et acute· oculi magni·nares patule·& recta ceruix· coma densa & cauda· vngularum soliditate fixa rotunditas. Meritum·ut sit animo audax·pedibus alacer· trementibus membris·quod est inditiū fortitudinis·quiq̃ ex summa quiete facile concitetur·vel excitata festinatione non difficile teneatur· motus autem equi in auribus intelligitur· virtus in membris trementibus. Color autem hic precipue expectandus·badius·aureus·roseus·mirteus· ceruinus· giluus·glaucus·scutulatus·canus·cādidus·albus·guttatus·niger Sequenti autem ordine varius ex nigro badioq̃ distinctus·reliquus varius color·vel cinereus deterrimus ¶ Badiu aut antiqui vadium dicebant·q̃ inter cetera animalia fortius vadat· ipse est

Equi elegantia

& ſpadix·quē fenicatū vocant & dictus ſpadix a colore palmes
quam ſiculi ſpadicam vocant. ¶ Glaucus vero eſt veluti picto
oculos habens·& quodam ſplendore perfuſos. Nam glaucum
veteres dicebant album ¶ Giluus autem melinus color eſt ſub/
albidus ¶ Guttatus albus nigris interuenientibus punctis ¶ Can
didus autem & albus inuicem ſibi differunt. ¶ Nam albus cū
quodā pallore ē ¶ Candidus vero niueus & pura luce perfuſus
¶ Canus dictus·quia ex candido colore eſt & nigro ¶ Scutu/
latus vocatus propter orbes quos habet candidos inter purpu/
reos ¶ Varius q̄ vias habeat colorū imparium. Qui aūt albos
tantum pedes habent pereli appellantur. Qui frontem albam ca
lidicandidi ¶ Ceruinus eſt quem vulgo gauranē dicunt. Eranē
idem vulgus vocat·q̄ in modū aeri ſit coloris ¶ Mirteus autē
eſt preſſus in purpura. ¶ Doſinus autē dictus·q̄ ſit color eius
de aſino. Idem et cinereus ¶ Sunt autē hi de agreſti genere orti
quos equiferos dicimus·& proinde ad vrbanā dignitatē tranſi/
re non poſſunt ¶ Mauron niger eſt·nigrum enim greci mauro
vocant ¶ Mannus vero equus breuior eſt·quem vulgo bruni/
cium vocant ¶ Veredos antiqui dixerunt·q̄ veherent redas·id
eſt ducerent· vel q̄ vias publicas currant· per quas & redas ire
ſolitum erat. ¶ Equorum tria genera ſunt. Alterū vulgare atq̄
gregarium·ad vehendum non ad equitandum aptum. Vnum
generoſum preliis & oneribus aptum. Tertium ex permixtione
diuerſi generis ortum·quod & bigenerū dicitur·q̄a ex diuerſis
naſcitur·ut mulus. ¶ Mulus autē a greco tractum vocabulum
habet·graece enimq̄ iugo piſtorum ſubactus·tardus molendo
ducat in girum molas. Iudei aſſerūt q̄ ana abnepos eſau equa/
rum greges ab aſinis in deſerto ipe fecerit primus aſcendi·ut mu
lorū inde noua contra naturam animalia naſcerentur. Onagros
quoq̄ admiſſos eſſe ob hoc ad aſinas·et ipm iſtiuſmodi repiſſe
concubitum· ut velociſſimi ex his aſini naſcerentur. Induſtria
quippe humana diuerſum animal in coitum coegit· ſicq̄ adul/
terina commixtione genus aliud reperit·ſicut et iacob contra na
turam colorum ſimilitudines procreauit. Nam tales fetus oues
illius concipiebāt· quales vmbras arietum deſuper aſcendentiū
in aquarum ſpeculo contemplabantur. Denq̄ & hoc ipm in
equarum gregibus fieri fertur ut generoſos obiciāt equos viſi
bus concipientium·quo eorū ſimiles concipere et creare poſſint

Nam et columbarum dilectores depictas ponunt pulcerrimas columbas· hisdem locis quibus ille versantur· quo rapiēte visu similes generent. Inde est q̃ quidam grauidas mulieres iubent nullos intueri turpissimos animalium vultus·ut cenocephalos & simias·ne visibus occurrentes·similes fetus pariant. Nanc enī feminarum dicunt esse naturam·ut quales perspexerint siue mē te conceperint in extremo voluptatis estu dum ꝛcipiunt· talem & sobolem procreent· etenim anima in vsu venerio formas ex/ trinsecus intus transmittit·eorumq; saciata tipis·rapit species eo/ rum in propriam qualitatem. In animantibus bigenera dicun/ tur·que ex diuersis nascuntur·ut mu us ex equa & asino·burdo ex equo & asina·bibride ex apris & porcis·titirus ex oue & bir co·museno ex capra & ariete·est autem dux gregis

De. Bestiis Ca·ii

BEstiarum vocabulum proprie conuenit leonibus·ti gribus·pardis·& vulpibus·cambus·& simiis·ac cete/ ris·que vel ore vel vnguibus seuiunt·exceptis serpētibus. Bestie autem dicte a vi qua seuiūt Fere appellate·eo q̃ naturali vtā/ tur libertate·et desiderio suo ferantur. Sunt autem libere earum voluptates·& huc atq; illuc vagantur·et quo animus duxerit eo feruntur Leonis vocabulum ex greca origine inflexum est in latinum. Grece enim leon vocatur·& est nomen nothum·quia nos ex parte corruptum habemus Leena vero totum grecum est·sicut & dracena. Vt autem leena lea dicatur· vsurpatum est a poetis. Leo autem grece·latine rex interpretatur· eo q̃ sit prin/ ceps omnium bestiarum. Cuius genus trifarium dicitur. N q/ bus breues ac iuba crispa imbelles sunt. Longi et coma simplici acres. Animos eorum frons & cauda indicat. Virtus eorum in pectore·firmitas in capite. Septi autem a venatoribus·terram cō tuentur·quō minus conspectis venabulis terreantur. Rotarum timēt strepitus·sed ignes magis. Cum dormierint vigilant ocu/ li·cum ambulant· cauda sua cooperiunt vestigia sua·ne eos ve/ nator inueniat. Cum genuerit catulum tribus diebus et tribus noctibus catulus dormire ferī. Tunc deinde patris fremitu vel rugitu veluti tremefactus cubilis locus suscitare dicī catulum dormientem. Circa hominem leonum natura est ut nisi lesi·ne/ queant irasci. Patet enim eorum misericordia exemplis assiduis Prostratis enim parcunt·captiuos obuios repatriare permittūt·

hominem non nisi in magna fame interimunt. De quibus lu
cretius. Scimusq; sonum leonum. ¶ Tigris vocata propter vo/
lucrem fugam. Ita enim nominant perse & medi sagittam· est
enim bestia varis distincta maculis·virtute & velocitate mira/
bilis·ex cuius nomine flumen tigris appellatur· q; is rapidissi/
mus sit omniũ fluuiorũ. Has magis hircania gignit ¶ Panther
dictus·siue q; omnium animalium amicus sit·excepto dracone
siue quia & sui generis societate gaudet· & ad eandem similitu/
dinem quicquid accipit reddit. Pan enim grece omne dicit. Re/
stia hec est minutis orbiculis suppicta·ita ut oculatis ex fuluo
circulis·nigra vel alba distinguat varietate. Haec semel omnino
parturit·cuius cause ratio manifesta est. Nam cum in vtero ma
tris coaluere catuli·maturisq; ad nascẽdum viribus pollent·odi
unt temporum moras. Itaq; oneratam fetibus vuluam· tanq̃m
obstantem partui vnguibus lacerant. Effundit illa partum seu
potius dimittit dolore cogente·ita postea corruptis et cicatrico/
sis sedibus genitale semen infusum non heret acceptum·sed irri
tum resilit. Nam plinius dicit animalia cum acutis vnguibus
frequenter parere non posse· viciantur enim intrinsecus se mo/
uentibus catulis ¶ Pardus secundus post pantherem est·genus
varium & velocissimum· & preceps ad sanguinem· saltu enim
ad mortem ruit ¶ Leopardus ex adulterio leene & pardi nascit·
& terciam originem efficit· sicut & plinius in naturali historia
dicit·leonem cum parda·aut pardum cum leena cõcumbere· &
ex vtroq; coitu degeneres partus creari·ut mulus ex equa & asi/
no ¶ Rinoceron a grecis vocatus·latine interp̃tatur in nare cor/
nu. Idem & monoceron·id est vnicornis· eo q; vnum cornu in
media fronte habeat·pedum quatuor·ita acutum et validum·ut
quicquid impetierit aut ventilet aut perforet Nam & cum ele/
phante sepe certamen habet· & in ventre vulneratum ,psternit.
Tante autem est fortitudinis·ut nulla venantium virtute capi/
atur. Sed sicut asserũt qui naturas animalium scripserut· virgo
puella proponitur·que venienti sinum aperit· in quo ille omi
ferocitate deposita·caput deponit·sicq; soporatus· velut inermis
capitur ¶ Elephantem greci a magnitudine corporis vocatum
putant·q; formam mõtis preferat·grece enim mons elephio di/
citur ¶ Apud indos autem a voce barro vocatur. Vnde & vox
eius barritus dicitur ¶ Et dentes eius ebur. ¶ Rostrum autem

promoſcide dicitur·quoniam illo pabulum ori admouet·et eſt
angui ſimilis·vallo munitus eburro. Hos boues lucanos voca
bant antiqui romani boues· quia nullum animal grandius vi/
debant·lucanos·q a in lucania illos primus pirrbus prelio obie
cit romanis. Nam hoc genus animantis in rebus bellicis aptū
eſt. In eis perſe et indi ligneis turribus collocatis·tanq̃m de mu
ro iaculis dimicant. Intellectu autem & memoria multa vigent
Gregatim incedunt· motu quo valent ſalutant homines· mure
fugiunt·auerſi coeunt. Quando autem parturiunt·in aquis vel
in inſulis dimittunt·propter dracones·quia inimici ſunt· & ab
eis implicati necantur. Biennio autem portant fetus·nec ãplius
q̃m ſemel gignunt·nec plures·ſed tãtum vnum. Viuunt autem
annos trecentos. Apud ſolam affricã & indiam elephanti prius
naſcebantur·nunc ſola eos india gignit. ¶ Griphes vocat·q ſit
animal pennatum et quadrupes. Hoc genus ferarum in hiper/
boreis montibus naſcitur. Omni parte corporis leones ſunt·ſed
alis et facie aquilis ſimiles·equis vehementer infeſti. Nam et ho
mines viuos diſcerpunt. ¶ Cameleon nõ habet vnum colorem
ſed diuerſa eſt varietate conſperſus· ut pardus. Dictus autẽ ita·
eo q huius cameleontis corpuſculum ad colores quos videt· fa
cilima conuerſione variatur· quod animalium aliorum nõ eſt
ita ad conuerſionẽ facilis corpulẽtia ¶ Cameleonpardus dictus
q dum ſit ut pardus·albis maculis ſuperaſperſus· collo equo ſi/
milis·pedibus bubalis·capite camelo eſt ſimilis. Hunc ethiopia
gignit. ¶ Linx dictus·q in luporum genere numeratur·beſtia
maculis diſtincta terga·ut pardus·ſed ſimilis lupo. Vnde et ille
licos·iſte linx. Huius vrinam conuerti in duriciam precioſi lapi
dis dicunt·qui ligurius appellatur· quod & ipſos linces ſentire
hoc documento probatur. Nam egeſtum liquorem harenis in/
quantum potuerint contegũt·inuidia quadam nature· ne talis
egeſtio tranſeat in vſum humanum. Linces dicit plinius ſecun/
dus extra fetum vnum non admittere. ¶ Caſtores a caſtrando
dicti ſunt. Nam teſticuli eorũ apti ſunt medicaminibus·ꝓpter
quos cum preſenſerint venatorem·ipſi ſe caſtrant· & morſibus
vires ſuas amputant. De quibus cicero in ſcauriana. Redimũt ſe
a parte corporis·propter quod maxime expetuntur. Iuuenalis·
Qui ſe eunuchum ipe facit cupiens euadere dãno teſticuli. Ipſi
ſunt & fibri·qui &iam pontici canes vocantur. ¶ Vrſus fertur

dictus·q; ore suos formet fetus·quasi orsus.Nam aiunt eos in/
formes generare partus· & carnem quandam nasci· quā mater
lambendo in membra cōponit. Vnde est illud.Sic format ling
ua fetum cum protulit vrsa. Sed hoc immaturitas partus facit·
Deniq; trigesimo die generat. Vnde euenit·ut precipitata fecun
ditas informis procreetur. Vrsorum caput inualidum·vis maxi
ma in brachiis & in lumbis. Vñ interdum erecti insistūt ¶Lu
pus greca deriuatione in linguam nostram transfertur. Lupos
enim illi licos dicunt.Licos autem grece a morsibus appellatur·
q; rabie rapacitatis queq; inuenerit trucidet. Alii lupos vocatos
aiunt· quasi leopos·q; quasi leoni· ita sit illi virtus in pedibus.
Vnde & quicquid pede presserit·non viuit. Rapax autē bestia·
& cruoris appetens. De quo rustici aiunt·vocem hominē per/
dere si cum prior lupus viderit. Vnde & subito tacenti dicitur.
lupus in fabula.Certe si se pūisum senserit· deponit feritatis au/
daciam.Lupi toto anno non amplius q̄m diebus·xii·coeūt. Fa
mem diu portant·& post longa ieiunia multū deuorāt.Lupos
ethiopia mittit ceruice iubatos·& tantum varios·ut nullum co
lorem dicant illis abesse ¶Canis nomen latinum·grecam ethi/
mologiam videtur habere·grece enim cinos dicitur. Licet eum
quidam a canore latratus appellatum estiment· eo q; insonet.
Vnde & canere. Nichil autē sagacius canibus. Plus enī sensus
ceteris animalibus habent.Nanq; soli sua nomina recognoscūt·
Dominos suos diligunt·dominorum tecta defendunt·pro do
minis suis se morti obiciunt· voluntarie cum domino suo ad
predam currunt. Corpus domini sui &iam mortuum non re/
linquunt.Quorum postremo nature est extra homines esse nō
posse.In canibus duo sunt expectanda·aut fortitudo· aut velo/
citas. ¶Catuli abusiue dicuntur quarumlibet bestiarum filii.
Nam proprie catuli canum sunt· per diminutionem distincti·
¶Licisci autem dicuntur(ut ait plinius)canes nati ex lupis &
canibus·cum inter se forte miscentur. Solent et inde feminas ca
nes noctu in siluis alligatas admitti ad tigres bestias·a quibus
insiliri & nasci ex eodem fetu canes adeo acerrimos & fortes· ut
in complexu leones prosternent ¶Vulpes dicta·quasi volupes
est enim volubilis pedibus·& nunq̄m rectis itineribus·sed tor
tuosis anfractibus currit·fraudulentum animal· insidiisq; deci/
piens.Nā dum non habuerit escā·fingit morte·sicq; de.cēdentes

quasi ad cadauer volucres rapit et deuorat ¶ Simie grecum est nomen·id est pressis naribus. Vnde & simias dicimus· q; sup/ pressis naribus sint·& facie feda·rugis turpiter follicantibus. Li cet & capellarū sit pressum habere nasum. Alii simias a latino arbitrant sermone vocatas·eo q; multa in eis similitudo rationis humāe sentitur·sed falsum est. Hec elementorum sagaces·noua luna exultant·media et caua tristantur. Fetus quos amant ante se gestant·neglecti circa matrem herent ¶ Harum genera·v·sunt· ex quibus circopetice caudas habent·simia enim cum cauda est quam quidam crura vocant ¶ Sfinge villose sunt comis·mam mis prominentibus·dociles ad feritatis obliuionem ¶ Cenoce/ phali & ipi similes simis·sed facie ad modum canis·vnde et nū cupati. ¶ Satiri facie admodum grata·& gesticulatis motibus inquieti. ¶ Callitrices toto pene aspectu a ceteris distant. Sunt enim in facie producta barba·& lauta cauda ¶ Lentofonos be/ stia est modica·& ex eo ita vocata·quia capta exuritur·eiusq; ci/ nere asperse carnes·& posite per competa semitarum· leones ne/ cant·si quantulumcunq; ex illis sumpserint. ¶ Histrix animal in affrica· erinacii simile·vocatum ab spinarum stridore· quas tergo laxatas emittit·ut canes insequentes vulneret. ¶ Enidros bestiola·ex eo nuncupata·q; in aquis versetur· & maxime in nilo que si inuenerit dormientem cocodrillum· volutat se in lutum primum· & intrat per os eius in ventrem· & carpens interiora eius·exitq; viua de visceribus cocodrilli·ipo mortuo ¶ Hisneo/ mon grece vocatus· eo q; odore suo & salubria ciborum & ve/ nenosa prodantur. De quo draconcius ait. Precidit suillus vim vnicuiusq; veneni. ¶ Suillus a setis est nuncupatus. Hic etiam serpentes insequitur· qui cum aduersus aspidem pugnat·caudā erigit·quam aspis maxime obseruat quasi minantem·ad quam cum vim suam transfert decepta corrumpitur ¶ Musio appella tus·q; muribus infestus sit. Nunc vulgus captum a captura vo cant. Alii dicunt q; captat id est videt. Nam tanto acute cernit· ut fulgore luminis noctis tenebras superet. Vnde et a grecis ve nit catus·id est ingeniosus·a notoikata ¶ Furo a furuo dictus· Vnde & fur· tenebrosos enim & ocultos cuniculos effodit· & eicit predam quam inuenerit ¶ Melo q; sit rotundissimo mem bro·vel q; fauos petat·& assidue mella captet

¶ De. Minutis animantibus ¶ Ca·III

Vs pusillum animal·grecum illi nomen est·q cquid
vero ex eo trahit latinum fit. Alii dicunt mures q ex
humore terre nascuntur. Nam mus terra·vnde et hu
mus. His in plenilunio iecur crescit·sicut quedam maritima au
gentur·que rursus decrescente luna deficiunt ¶ Sorex latinũ est
eo q rodat·et in modum serre precidat. Antiqui autem soricem
sauricem dicebant·sicut & clodum claudum. ¶ Mustela dicta·
quasi mus longus. Nam telum a longitudine dictum. Haec in/
genio subdola·in domibus vbi nutrit catulos suos transfert mu
tatq; sedem. Serpentes & iam muresq; consequitur ¶ Duo autẽ
sunt genera mustelarũ. Alterum enim silueſtre est·distãs mag/
nitudine·quod greci ictidas vocant. Alterum in domibus ob/
errans. Falso autem oppinantur·qui dicunt mustelam ore con/
cipere·aure effundere partum ¶ Musaraneum cuius morsu ara/
nea est in sardinia animal perexiguum aranee forma·q solifuga
dicitur·q diẽ fugiat. In metallis argentariis plurima est·oculte
reptans·et per imprudentiam supersedentibus pestẽ facit ¶ Tal
pa dicta·q sit dampnata cecitate perpetua & tenebris· est enim
absq; oculis·semper terram fodit·& humũ egerit·& radices sub/
ter frugibus comedit·quam greci affalam vocant ¶ Glires dicti
quia pingues eos efficit somnus. Nam gliscere dicimus crescere
Hieme enim tota dormiunt·& immobiles quasi mortui iacẽt.
Tempore estiuo reuiuiscunt ¶ Ericius animal spinis coopertũ
quod exinde dicitur nomiatum· eo q subrigit se quãdo spinis
suis clauditur·quibus vndiq; pretectus est cõtra insidias. Nam
statim ut aliquid presenserit·primum se subrigit· atq; in globũ
conuersus·in sua se arma recolligit. Huius prudentia quedam ẽ
Nam dum abscideri vuã de vite· supinus sese volutat super eã·
& sic eam exhibet natis suis ¶ Grillus nomen a sono vocis ha/
bet. Hic retro ambulat·terram terebrat·stridet noctibus · Venatur
eum formica circumligata capillo· in cauernam eius coniecta.
afflato prius puluere· ne se abscondat· ita formice complexibus
trahitur ¶ Formica dicta·eo q ferat micas farris. Cuius solertia
multa. Prouidet enim in futurum·& preparat estate quod hie/
me comedat. In messe autem colligit triticum·ordeum nõ tan/
git. Dum pluit ei super frumentum totum eicit. Dicuntur in
ethiopia esse formice ad formam canis·que harenas aureas pedi
bus eruunt·quas custodiũt ne q̃s auferat. captantesq; ad necem

persecuntur ¶ Formicoleon ob hoc vocatus· quia est vel formi
carũ leo·vel certe formica pariter et leo. Est enim animal paruũ
formicis satis infestum·quod se in puluere abscondit· et formi/
cas frumenta gestantes interficit. Proinde autem leo & formica
vocatur· q̃a aliis animalibus ut formica est· formicis autem ut
leo est

De. Serpentibus

Anguis vocabulum omnium serpẽtium genus·quod
plicari & cotorqueri potest. Et inde anguis·q̃ angu
losus sit et nunq̃m rectus. Angues autẽ apud gẽtiles
progenies lucorum erãt habiti semper. Vñ et persius
Pinge duos angues pueri sacer est lucus. ¶ Colubrum constat
ab eo dictũ·q̃ colat vmbras·vel q̃ in lubricos tractus flexibus
sinuosis labatur. Nam lubricum dicit quicquid labitur dum te
netur·ut piscis & serpens. ¶ Serpens autem nomen accepit·q̃a
oculis accessibus serpit·non appertis passibus·sed squamarum
minutissimis nisibus repit. Illa autem que quatuor pedibus ni/
tuntur·sicut lacerte & stelliones·non serpẽtes·sed reptilia nomi/
nantur. Serpentes autem reptilia sunt·quia vẽtre & pectore rep/
tant. Quorum tot venena·quot genera·tot pernicies·quot spes·
tot dolores·quot colores habentur ¶ Draco maior cunctorum
serpentium· siue omnium animãtium super terram. Nũc greci
dracontam vocant. Vnde et deriuatum est in latinum·ut draco
diceretur·quia sepe ab speluncis abstractus fertur in aerem·con
citaturq̃ ,ppter eum aer. Est autem cristatus ore paruo·et artis
fistulis·per quas trahit spiritum·et linguam exerit. Vim autem
non ĩ dentibus· sed in cauda habet· & verbere potius q̃m rictu
nocet. Innoxius autem est a venenis. Sed ideo huic ad mortem
faciendam·venena non esse necessaria· quia siquem ligauerit oc/
cidit. A quo nec elephans tutus est sui corporis magnitudine.
Nam circa semitas delitescens·per quas elephanti soliro gradiũ/
tur·crura eorum nodis illigat· ac suffocatos perimit. Gignitur
autẽ in ethiopia & india·in ipo incẽdio iugis estus ¶ Basiliscus
graece latine interpretatur regulus·eo q̃ rex serpentium sit·adeo
ut eum videntes fugiant·quia olfactu suo eos necat. Nam et ho
minem vel si aspiciat interimit. Siquidem ad eius aspectus nul
la auis volans illesa transit· sed q̃muis ,p cul sit·eius ore combu/
sta deuoratur. A mustelis tamen vincitur·quas illic homines
inferunt cauernis in quibus delitescit. Itaq̃ ea visa fugit·quẽ illa

persequitur & occidit. Nichil enim parens ille rerum sine reme/
dio constituit. Est autem longitudine semipedalis·albis macu/
lis lineatus. Reguli auté sicut & scorpiones arentia queq; sectan
tur·& postq̃m ad aquas venerint·ibiq; aliquem momorderint
hidrophobas & limphaticos faciunt ¶ Sibilus idem est qui &
regulus. Sibilo enim occidit·anteq̃m mordeat vel exurat ¶ Vi/
pera dicta· q; vi pariat. Nam cum venter eius ad partum intu/
muerit·catuli non expectantes maturam nature solutionem·sed
corrosis eius lateribus·vi erumpunt cum matris interitu. Vnde
Lucanus. Viperei coeunt abrupto corpore nati. Fertur auté q;
masculus ore inferto vipere semé expuat. Illa auté ex voluptate
libidinis in rabiem versa·caput maris ore receptum precidit· ita
ut parés vterq; pereat·masculus dum coit·femina dum parturit
¶ Ex vipera autem fiunt pastilli·qui tiriaci vocantur a graecis
¶ Aspis vocata· q; morsu venena immittat & spargat. Vos eni
greci venenú dicunt·& inde aspis·q; morsu venenato interimat
Huius diuersa genera & species·et dispares effectus ad nocendú
Fertur enim aspis cum ceperit pati incantatorem·qui eá q̃busq/
dam carminibus proprijs euocat·ut eam de cauerna producat·
illa cum exire noluerit· vnam aurem in terram premit· alteram
cauda obturat & operit·atq; ita voces illas magicas non audiés·
non exit ad incantantem. ¶ Dipsa genus est a pidis·que latine
situla dicitur·quia quem momorderit siti perit ¶ Ispalis genus
aspidis·dicta q; somno necat. Hác sibi cleopatra apposuit·& ita
morte quasi somno soluta est. ¶ Emorrois aspis nuncupat̃ q;
sanguinem sudet qui ab eo morsus fuerit·ita ut dissolutis venis
quicq d vite é per sanguiné euocet. Graece enim sanguis emath
dicitur. ¶ Preter aspis·semper ore patente & vaporante currit.
Cuius poeta sic meminit. Oraq; distédens auidus fumátia pre/
ster. Hic quem percusserit distendit̃·enormiq; corpulétia necat̃·
extuberatum enim putredo sequitur ¶ Spectabificus aspis qui
dum momorderit hominem· statim eũ consumit·ita ut liq̃fiat
totus in ore serpentis ¶ Cerastes serpens dictus·eo q; in capite
cornua habeat similia arietu. Cerasta enim greci cornua vocant
Sunt autem illi quadrigemina cornicula· quorum ostentatiõe
veluti esca illiciens sollicitata animalia perimit. Totũ enim cor/
pus harenis tegit nec vllum inditium sui prebet·nisi ex ea parte
qua inuitatas aues vel aialia capit. Est enim flexuosus plus q̃m

alii serpentes·ita ut spinã habere non videatur ¶ Scitalis serpẽs vocatus q̃ tanta prefulget tergi varietate· ut notarum gratia re/ tardet aspicientes·& quia reptando pigrior est·quos assequi nõ valet·miraculo sui stupentes capit. Tanti autem feruoris est· ut etiam hiemis tempore exuuias corporis feruentis exponat. De qua lucanus. Et scitale sparsis &iam nũc sola pruinis. Exuuias positura suas. ¶ Amphisibena dicta· eo q̃ duo capita habeat· vnum in loco suo·alterũ in cauda·currẽs ex vtroq̃ capite· tractu corporis circulato. Haec sola serpentium frigori se committit· prima omnium procedens. De qua idem lucanus. Et grauis in geminum vergens caput amphisibena. Cuius oculi lucẽt veluti lucerne. ¶ Enidris coluber in aqua viuens·graeci enim ydros aquã vocant ¶ Ydros aquatilis serpens·a quo icti obturgescũt Cuius quidam morbum boam dicunt·eo q̃ fimo bouis reme dietur ¶ Ydra draco multorũ capitum·qualis fuit in lerna pa/ lude prouincie archadie. ¶ Haec latine excedra·q̃ vno ceso tria capita excrescant·sed hoc fabulosum est. Nam constat ydrã la/ cum fuisse euomentem aquas·vastãtem vicinam ciuitatem· in quo vno meatu clauso·multi erũpebant· quod hercules videns loca ipa exussit· & sic aquae clausit meatus. Nam ydra ab aqua dicta est. ¶ Chelidros serpens qui & chersidros dicitur·quasi cherim·quia in aquis & in terris moratur. Nam cirson dicunt greci terram·ydros aquam. Hic per quam labitur terrã fumare facit. Quem sic macer describit. Seu terga expirant spumantia virus. Seu terra fumat qua teter labitur anguis. Et lucanus. Tractiq̃ via fumante chelidri. Semper enim directus ambulat Nam si torserit se dum currit·statim crepat. ¶ Rinatrix serpens aquam veneno inficiens. In quocunq̃ enim fonte fuerit·eũ ve/ neno immiscet. De quo lucanus. Rinatrix violator aque ¶ Cen eris serpens inflexuosus·qui semper iter rectum efficit. De qua lucanus. Et semper recto lapsurus limite cencris. ¶ Parias ser/ pens·qui semper in cauda ambulat· & sulcum facere videt. De quo idem lucanus. Quo contemptus iter cauda sulcare parias. ¶ Boas anguis italie immensã mole·persequitur greges armen torum & bubalos·& plurimo lacte riguis se vberibus innectit & sugens interimit. Atq̃ inde a boum depopulatione boas no men accepit ¶ Iaculus serpens volans·exiliunt enim in arbori/ bus·& dum aliquod animal obuiũ fuerit·iactant se super illud

& perimunt. Vnde & iaculi dicti sunt ¶ In arabia autem serpẽ
tes sunt cum alis· que sirene vocantur· que plus currunt ab eqs
Sed &iam et volare dicunt· quorũ tantũ virus est· ut morsum
ante mors insequatur q̃m dolor ¶ Obites dicta· q̃ colorem ba/
rene habeat. De qua poeta. Quamparuis pictus maculis teufa/
nus obites. Concolor exutis atq; indiscretus barenis admotus.
¶ Seps exiguus serpens· qui non solum corpus· sed & ossa ve/
neno consumit. Cuius poeta sic meminit. Ossaq; dissoluens cũ
corpore tabificus seps. Item alius. Spes bõa ꝓmittit· conuersus
spicula mittit ¶ Dipsa serpens tante exiguitatis fertur· ut cũ cal
catur· non videatur. Cuius venenum ante extinguit q̃m sentiat
ut facies preuẽta morte· nec tristiciam induat morituri. De quo
poeta. Signiferum iuuenem tirrhem sanguinis aluum. Torta
caput retro dipses calcata momordit. Vix dolor aut sensus den/
tis fuit ¶ Salpinga serpens est qui non videtur ¶ Cecula dicta
propter q̃ parua sit· & non habeat oculos ¶ Centupeda a mul/
titudine pedum dicta. ¶ Brucus est cuius pene totum corpus
in ventre colligitur ¶ Lacertus reptilis genus est· vocatus ita· q̃
brachia habeat. Genera lacertorum plura· ut botrax· salamãdria·
suara· stellio ¶ Botraca dicta· q̃ rane habeat faciem. Nam graeci
ranam botracam vocant ¶ Salamandria vocata· q̃ cõtra incen/
dia valeat. Cuius inter omnia venenata vis est maxima. Cetera
enim singulos feriunt· haec plurimos pariter interimit. Nam si
arbori irrepserit· omnia poma inficit veneno· & eos qui ederint
occidit. Quae &iam si in puteo cadit· vis veneni eius potãtes in/
terficit. Ista contra incendia repugnans· ignes sola animalium
extinguit. Viuit enim in mediis flãmis sine dolore & ꝯsump/
tione· & non solum quia non vritur· sed extinguit incendium.
¶ Saura lacertus· qui quando senescit· cecãtur oculi eius· & in/
trat in foramen parietis· aspicientis contra orientem· et orto sole
intendit & illuminatur. ¶ Stellio de colore nomẽ habet inditũ
Est enim tergore pictus· lucentibus guttis in modum stellarũ
De quo ouidius. Aptumq; colori nomen habet· varis stellatus
corpore guttis. Hic autem scorpionibus adeo contrarius traditur
ut viso eo pauorem his afferat & torporem. ¶ Sunt & alia ge/
nera serpentium· ut admodite· elephãtie· camedracontes. Postre/
mo quantus nominum· tantus mortium numerus. Omẽs autẽ
serpentes natura sua frigidi sunt· nec percutiũt· nisi q̃n calescũt·

Nam quando ſunt frigidi·nullum tangunt. Vnde & venena eorum plus die q̃m nocte nocent·torpent enim noctis algore· & merito· quia frigidi ſunt nocturno rore. In ſe enim adducũt vapore corporis gelide peſtis & natura frigide. Vnde et hieme in nodos torquentur· eſtate ſoluuntur. Inde eſt·q̃ dum quiſq; ſerpetium veneno percutitur·primo obſtupeſcit· & poſtea vbi in illo calefactum ip̃m virus exarſerit·ſtatim homine extinguit ¶ Venenum autem dictum·eo q̃ per venas vadit. Infuſa enim peſtis eius per venas vegetatiõe corporis aucta diſcurrit·& animam extinguit. Vnde non poteſt venenum nocere·niſi homis tetigerit ſanguinem. Lucanus. Noxia ſerpentium eſt admixto ſanguine peſtis. Omne autem venenum frigidum eſt· & ideo anima que ignea fugit venenum frigidum. In naturalibus bonis q̃ nobis et irracõabilibus animãtibus videmus eſſe omnia viuacitate quadam ſenſus ſerpens excellit. Vnde & legit̃ in geneſi. Serpens autẽ erat ſapientior omnibus pecoribus terre. Dicit autem plinius. Si creditur q̃ ſerpentis caput & iam ſi cum duobus euaſerit digitis nichilominus viuit. Vnde & totũ corpus obiicit pro capite ferientibus ¶ Anguibus vniuerſis hebes viſus eſt. Raro in aduerſum contuetur· nec fruſtra·cum oculos non in fronte habeant·ſed in temporibus· adeo ut citius audiãt q̃m aſpiciant. Nullum autem animal in tanta celeritate linguã mouet ut ſerpens·adeo ut triplicem linguam habere videatur· cum vna ſit. Serpentiũ vda ſunt corpora·adeo ut quocunq; eũt viam humore deſignent. ¶ Veſtigia ſerpentium talia ſunt· ut cũ pedibus carere videantur· coſtis tamen & ſquamarum niſibus repant·quas a ſummo gutture vſq; ad imum aluum parili modo diſpoſitas habẽt. Squamis enĩ quaſi vnguibus·coſtis quaſi cruribus innitũtur. Vnde ſi in qualibet corporis parte ab aluo vſq; ad caput ictu aliquo collidatur·debilis reddita curſum habere nõ poſſit· quia vbicunq; ictus inciderit·ſpinam ſoluit·per quam coſtarum pedes & motus corporis agebantur. Serpẽtes autem diu viuere dicunt̃·adeo ut depoſita veteri tunica ſenectutem deponere atq; in iuuentam redire perhibeantur. ¶ Tunice ſerpentium exuuie nuncupantur·eo q̃ his quando ſeneſcũt·ſeſe exuunt·quibus exuti in iuuentam redeunt. Dicuntur autẽ exuuie & induuie·quia exuuntur & induuntur. ¶ Pitagoras dicit de medulla hominis mortui que in ſpina eſt ſerpentem creari·

quod etiã ouidius in methamorphoseorum libris cõmemorat
dicens. Sunt qui cum clauso putrefacta spina sepulcro. Mutari
credant humanas angue medullas. Quod si credat̃· merito euenit·ut sicut per serpentem mors hominis·ita & per hois mortẽ
serpens. Fertur autẽ q̃ serpens hominem nudum non sit ausus
attingere ¶ De. Vermibus ¶ Ca·v

Vermis est animal quod plerq̃ de carne vel de ligno
vel de quacunq̃ re terrena· sine vllo cõcubitu gignit̃·
licet nonnunq̃m & de ouis nascantur·sicut scorpio.
Sunt autem vermes aut terrae·aut aque·aut aeris·aut carnium·
aut frondium·aut lignorum·aut vestimẽtorum ¶ Aranea vermis aeris· ab aeris nutrimento cognominata·q̃ exiguo corpore
longa fila deducit·& tele semper intẽta nunq̃m desinit laborare
perpetuum sustinens in suo labore suspendium ¶ Sanguisuga
vermis aquatilis· dicta q̃ sanguinem sugat. Potantibus enim
insidiatur·cunq̃ illabitur faucibus·vel vspiam adheserit· sanguinem haurit· & cum nimio cruore maduerit· euomit id quod
hausit·ut recentiorem denuo sugat. ¶ Scorpio vermis terrenus·
qui potius vermibus ascribitur q̃m serpentibus·animal armatum aculeo·& ex eo grece vocatũ·q̃ cauda figat·& arcuato vulnere venena diffundat. Proprium est autẽ scorpionis q̃ manus
palmam non feriat ¶ Cantareda vermis terrenus·qui humano
corpori statim ut fuerit applicatus·sui adustione vesicas efficit·
plenas humore ¶ Multipes vermis terrenus·ex multitudine pedum vocatus· qui cõtractus in globum complicatur. Nascitur
sub petris ex humore & terra. ¶ Limax vermis limi· dictus q̃
in limo nascat̃. Vnde & sordidus semper & immundus habet.
¶ Bombix frondium vermis·ex cuius textura bombicinũ conficitur. Appellatur autem hoc nomine·ab eo q̃ euacuetur dum
fila generat·& aer solus i eo remaneat ¶ Eruca frondiũ vermis
holeribus vel pampinis inuoluta·ab eruendo dicta. Cuius meminit plautus. Imitatus neq̃m bestiam·et maleficã inuolutam
in pampino. Implicat se eadem nec aduolat ut locusta· & huc
illucq̃ discurrẽs semipasta dimittat· sed permanet penturis frugibus·et tardo lapsu pigrisq̃ morsibus vniuersã consumit ¶ Teredonas graeci vocant lignorum vermes·q̃ terendo edant· hos
nos termites dicimus. Ita eni apud latinos ligni vermes vocant̃
quos tp̃e importuno cese arbores gignũt ¶ Tinea vestimẽtorũ

vermis·dicta q̃ teneat·& eo vsq; insideat quo erodat. ¶ Inde &
pertinax q̃ in eandem rem identidem vrgeat ¶ Vermes carniũ
Emigraneus. Lumbricus. Ascaride. Costi. Reduculi. Pulices.
Lendix. Tarmus. Ricinus. Vsia. Cimex ¶ Emigraneus vermis
carnis vel capitis vocatur ¶ Lumbricus vermis intestinorum
dictus·quasi lumbicus·q̃a labitur·vel q̃ in lumbis fit ¶ Asca/
ride. Costi. Reduculi vermes cutis·a pedibus dicti. Vnde & pe/
duculosi dicuntur·q̃bus peduculi in corpore efferuescunt ¶ Pu
lices vero vocati sunt·q̃ ex puluere magis nutriãtur ¶ Tarmus
vermis est lardi ¶ Ricinus vermis est canis·vocatus eo q̃ heret
in auribus canum. Cinos enim grece canis est ¶ Vsia vermis ẽ
porci·appellata quia vrit. Nam vbi momorderit·adeo locus ar/
det·ut statim ibi vesice fiãt ¶ Cimex de similitudine cuiusdam
herbe vocatus·cuius fetorem habet. Proprie autẽ vermis in car/
ne putrefacta nascitur. Tinea in vestimentis. Eruca in holere.
Teredo in ligno. Tarmus in lardo. ¶ Vermis non ut serpens
appertis passibus vel squamarum nisibus repit· quia non ẽ illi
spine rigor ut colubro· sed in directo corpusculi sui ptes grada/
tim porrigendo contractas contrahendo porrectas motum ex/
plicat·sicq; agitatus perlabitur ¶ De. Piscibus ¶ Ca·vi

Pisces dicti vnde & pecus·a pascendo scilicet ¶ Repti
lia ideo dicuntur haec que natant· eo q̃ reptandi ha/
beant speciem & naturam· q̃muis in profundum se
immergant·tamen in natando repunt. Vnde & dauid ait. Hoc
mare magnum spaciosum manibus·illic reptilia quorum non
est numerus ¶ Anfibia sunt quedam genera piscium·dicta·eo
q̃ ambulandi in terris vsum· & natandi in aquis officium ha/
beant. Anfi enim grece vtrumq; dicitur·id est quia & in aquis
& in terris viuunt·ut phocę·cocodrilli·hippotami· hoc est equi
fluuiales. ¶ Pecoribus autem & bestiis & volatilibus ante ho/
mines nomina imposuerunt q̃m piscibus· quia prius visa sunt
& cognita. Pisciũ vero postea paulatim cognitis generibus no/
mina instituta sunt·aut ex similitudine terrestrium animalium
aut ex specie propria·siue moribus·seu colore·vel figura·aut sexu
¶ Ex similitudine terrestriũ·ut rane et vituli·& leones et nigri
meruli·& paui·diuerso colore dorso & collo picti·& turdi aluo
varii & cetera·que sibi iuxta species terrestrium animalium no
mina vendicauerũt ¶ Ex moribus terrestriũ·ut canes in mari·

a terrenis canibus nuncupati·q; mordeant. Et lupi q; improba
voracitate alios persequantur ¶ A colore ut vmbre·quia colore
vmbre sunt. Et aurate quia in capite auri coloré habét. Et varii
a varietate·quos vulgo bruccas vocant ¶ A figura ut orbis·q a
rotundus est·totusq; in capite constat·ut. Solea q; sit instar cal/
ciamentorum soleis ¶ A sexu ut musculus·q; sit balene mascu
lus. Eius enim coitu concipere haec belua perhibetur. Hinc &
musculi coclearum·quorum lacte concipiunt ostree ¶ Ballene
autē sunt immense magnitudinis bestie·ab emittendo & effun
dendo aquas vocate. Ceteris enim bestiis maris altius iaciunt
vndas. Bali enim grece emittere dicitur ¶ Cete dicte tokhtock/
anakte· hoc est ob immanitatem. Sunt enim ingentia genera
beluarum·& equalia montium corpora·qualis cetus excepit io
nam·cuius aluus tante magnitudinis fuit· ut instar obtineret
inferni·dicente propheta. Exaudiuit me de ventre inferni ¶ Eq
marini vocantur·q; prima parte equi sunt· postrema soluuntur
in piscem. ¶ Roccas dicunt esse boues marinos· quasi boaccas.
¶ Cerulei a colore appellati sunt. Nam cerulum est viride cum
nigro·ut est mare. ¶ Delphines certum habent vocabulum·q;
voces hominum sequantur·vel q; ad simphoniam gregatim cō
ueniant. Nichil in mari velocius istis. Nam plerumq; salientes
naues transuolant. Quando autem preludunt in fluctibus &
vndarum se motibus saltu precipiti ferunt· tempestates signifi/
care videntur. Hii proprie simones nominantur. Est & delphi/
num genus in nilo· dorso serrato· qui cocodrillos tenera vētriū
secantes interimunt. ¶ Porci marini qui vulgo vocantur suilli·
quia dum escam querunt more suis terram sub aquis fodiunt
Circa guttur enim habent oris officium· & nisi rostrū harenis
immergant·pastum non colligunt ¶ Corui a cordis voce dicti
quia grunniunt pectore·suaq; voce proditi capiuntur. ¶ Tinni
grecum nomen habent. Hii ingrediuntur veris tempore·intrāt
dextro latere·leuo exeunt. Hoc inde creduntur facere· q; dextris
oculis acutius videant q̄m sinistris ¶ Gladius dicit eo q; rostro
maiori nato sit·& ob hoc naues perfossas mergit ¶ Serra nun
cupata·quia serratam cristam habet·& subternatans nauē secat.
¶ Scorpio dictus quia ledit dum manu tollitur. Tradunt decē
cancris cum ozimi manipulo alligatis·omnes qui ibi sunt scor
piones ad eum locum cōgregari ¶ Aranea genus piscis dictus

q; aure feriat. Habet enim ſtimulos e quibus percutit ¶ Coco/
drillus a croceo colore dictus·gignitur in nilo animal quadru/
pes· in terra & in aquis valens· longitudine plerumq; vigiti cu
bitorum· dentium & vnguium immanitate armatum·tantaq;
cutis duricia· ut q̃muis fortiũ ictus lapidum tergo repercuſſus
nõ ſentiat·nocte in aquis·die in humo quieſcit. Qua in terra fo/
net·maſculus & femina vices ſeruant. Nunc piſces quidam ſer/
ratam habentes criſtam·tenera ventrium deſecantes interimunt
¶ Ipotamus vocatus·q; ſit equo ſimilis·dorſo·iuba·& hinnitu
roſtro reſupinato·aprinis dentibus· cauda tortuoſa· vngulis bi/
nis. Die in aquis commoratur·nocte ſegetes depaſcitur. Et hũc
nilus gignit ¶ Pagrum quem greci fagrum ideo nuncupãt· q;
duros dentes habeat·ita ut oſtreis in mari alatur. ¶ Dentrix ,p
multitudine & granditate dentium dictus ¶ Lepus a ſimilitu/
dine capitis nuncupatus. ¶ Lupum ut dictum eſt auiditas ap/
pellauit·piſcem in captura ingenioſum· deniq; rhete circũdatus
fertur harenas arare cauda·atq; ita cõditus tranſire rhete ¶ Mul/
lus vocatus·q; mollis ſit atq; tenerrimus· cuius cibo tradunt li/
bidinem inbiberi·oculorum autẽ aciem hebetari·homines vero
a quibus ſepe paſtus eſt·piſcem olent. Mullus in vino necatus
hi qui inde biberint·tedium vini habent ¶ Mugilis nomen ha
bet·q; ſit multum agilis. Nam vbi diſpoſitas ſenſerit piſcatorũ
inſidias·confeſtim retrorſum reſidens·ita tranſſilit rhete·ut vola
re piſcem videas ¶ Melanurus·eo q; nigram caudam habeat &
nigras pennas·& in corpore lineas nigras·melian enim greci ni
grum vocant ¶ Glaucus a colore dictus·eo q; albus ſit. Graeci
enim album glaucon dicunt. Hic eſtate raro apparet·niſi tãtum
in nubilo ¶ Timallus ex flore nomẽ accepit· timũ quippe flos
appellatur. Nam dum ſit ſpecie gratus· & ſapore iocundus·tũ
ſicut flos flagrat·et corpore odores aſpirat ¶ Eſcarus dictus·eo
q; ſolus eſcam ruminare perhibetur· deniq; alii piſces nõ rumi/
nant. Tradunt aũt hunc ingenioſum eſſe· nãq; incluſum naſſis
non fronte erumpere·nec infeſtis viminibus caput inſerere· ſed
aduerſum caude ictibus crebris laxare fores· atq; ita retrorſum
redire ferẽ. Quem luctatum eius ſi forte alius eſcarus extrin/
ſecus videat· apprehenſa mordicus cauda adiuuare niſus erum/
pentis ¶ Sparus a lancea miſſili nomẽ accepit·q; eiuſdem figu/
re ſit. Terreſtria enim prius inuẽta ſunt q̃m marina. Nã ſparus

est telum rusticanum missile·ab spargēdo dictum ¶ Australis piscis·siue quia aquarum vndam in ore suscipit·siue qa tūc hic piscis oritur·quo tempore tendere in occasum pliades ceperint. ¶ Amio saxatilis dextra sinistraq; lateribus virgis puniceis per petuis aliisq; discoloribus designatur. Dictus amio·qa non capitur nisi hamo. ¶ Echirius paruus & semipedalis pisciculus· nomen sumpsit·q; nauem adherendo retineat. Ruant licet vēti seuiant procelle·nauis tamen radicata in mari stare videtur· nec moueri non retinendo·sed tantūmodo adherendo. Nunc latini moram appellauerūt·eo q; cogat stare nauigia. ¶ Vranuscopus vocatur·ab oculo quem in capite habet· a quo semper suprain/ tendit ¶ Millago nomiatus· quia euolat super aquam·quotiēs autem cernitur extra aquam volitans tempestates mutari designat. ¶ Squacus dictus·eo q; sit squamis acutus. Vnde & eius cute lignum politur. Ciuitas sirie que nunc tirus dicitur·olim sarra vocabatur·a pisce quodam qui illic habundat·quē lingua sua sar appellant·ex quo deriuatum est. ¶ Huius similitudinis pisciculos sardas sardinasq; apellari ¶ Allec pisciculus ad liquorem salsamentorum idoneus· vnde & nuncupatus. ¶ Afforus pisciculus· qui ꝓpter exiguitatem suam hamo capi non potest. ¶ Anguille similitudo anguis nomen dedit. Origo huius ex limo. Vnde & quando capitur· adeo lenis est·ut quanto fortius presseris·tanto citius elabatur. Ferunt autem orientis fluuium gangen anguillas terrenis pedibus gignere. Anguille vino necate· qui ex eo biberint·tedium vini habent. ¶ Draco marinus oculos in brancis habet ad caudam spectantes·q; dum percusserit·quaqua ferit venenum fundit·vnde & vocatus. ¶ Murenā greci murinam vocant·eo q; complicet se in circulos. Hanc foeminini tantum sexus esse tradunt·& concipere a serpente· ob id a piscatoribus tanq̄m a serpente sibilo euocatur & capitur. Ictu autem fustis difficulter interimitur·ferula ꝓtinus. Animam in cauda habere certum est nam capite percusso vix eam interimi· cauda statim exanimari ¶ Congrus·polipus·id ē multipes·plurimos enī nexus habet. Iste ingeniosus hamū appetēs· brachiis complectitur·non morsū·nec prius dimittit·q̄m escā circūroserit. ¶ Torpedo vocata eo q; corpus torpescere faciat si eā quisq; viuentem tangat. Narrat plinius secundus ex indico mari torpedo & iam procul & e longinquo vel si hasta virgaq; attingatur

q̃muis preualidos lacertos torpescere·quemlibet ad cursum ve/
loces pedes alligare·tanta enim vis eius est·ut etiã aura corporis
sui afficiat membra ¶ Sepia dicitur quia sepibus intercluſa faci
lius capitur. In coeundo obscenum genus·ore enim ꝓcipit sicut
vipera. Cuius atramenti tanta vis est·ut lucerne additũ ethino/
pas videre ablato priori lumie quidam tradũt. Tradunt etiam
in occeano mauritanie non ꝓcul a lixo flumine tantam multi
tudinem lulligenum euocari ex aqua·ut &iam naues dimerge
re possint ¶ Conche et coclee hac ex causa vocate·quia deficiẽte
luna cauantur id est euacuantur. Omnium enim clausorũ ma
ris animalium atq; concharum incremento lune membra tur/
gescunt·defectu euacuantur Luna enim cum in augmento fue
rit auget humorem·cum vero in defectum venerit·humores mi
nuuntur·hoc enim phisici dicũt. Conche autẽ prime positiõis
nomẽ. Coclee vero per diminutionẽ·quasi cocule. ¶ Concharũ
multa sunt genera·inter quas & margarite·que celee esse dicunt
in quarum carne preciosus calculus solidatur·de q̃bus tradunt
hi qui de animantium scripsere naturis· eo q̃ nocturno tẽpore
litora appetunt·et ex celesti rore margaritum concipiunt. Vnde
et celee nominantur ¶ Murex coclea est maris·dicta ab acumi/
ne & asperitate·que alio nomine conchilium nominatur·ꝓpter
q̃ circũcisa ferro lachrimas purpurei coloris emittat· ex quibus
purpura tinguitur ¶ Et inde ostrum appellatũ·q̃ hec tinctura
ex teste humore elicitur. ¶ Cancri vocantur·quia conche sunt
crura habentes·inimica ostreis animalia·eorum enim carnibus
viuunt miro ingenio. Nam quia valida testa eius apperiri non
potest·explorat quando ostrea claustra testarum apperiat·tunc
cancer latenter lapillum iniicit·atq; impedita conclusione ostree
carnes erodit. Tradunt quidam decem cãcris cum ozimi mani/
pulo alligatis·omnes qui ibi sunt scorpiões ad eum locum col/
turos. Duo autem sunt genera cancrorum·fluuiales & marini.
¶ Ostrea dicta est a testa·qua mollicies interior carnis munit·
Graeci enim testam ostrea vocant. Ostrea autem neutro·carnes
eius feminino dicuntur genere. ¶ Musculi sunt ut prediximus
coclee·a quorũ lacte concipiuntur ostree·et dicti musculi quasi
masculi. ¶ Pelorides a peloro promontorio sicilie vbi habun/
dant cognominate sunt. Ecce autem boreas angusta ab sede pe
lori. ¶ Vngues a similitudine humanarum vnguium dictae

Testudo dictus· eo q̃ tegmine teste sit adopertus in camere modum. Sunt autē quatuor genera· terrestres· maritime· lutarie id est in ceno & paludibus viuentes· quartum genus fluuiales· qui in dulci aqua viuunt. Tradunt aliqui quod incredibile est tardius ire nauigia testudinis pedem dextrū vehentia Icinus a terrestri icino nomen traxit· quem vulgus ericiū vocat· cuius testula duplex· spinis aculeata in modum castanearum· quādo adhuc cooperte de arboribus cadūt. Caro eius mollis· & minio similis Vris tribus modis dicitur· ut testudo ac pelorus et coclea. Nā & quod edimus· & vbi caro inest· vtrūq; dicit pelorus Rane a garrulitate vocate· eo q̃ circa genitales strepunt paludes· & sonos vocis importunis clamoribus reddunt. Ex his q/dam aquatice vocate· quedā palustres· Quedam rubete· ob id quia in vepribus viuunt· grandiores cunctarū Alie calamites dicuntur· quoniam inter harundines fruticesq; viuunt· minime oim & viridissime· mute & sine vocibus sunt Egredule rane parue in sicco vel agris cōmorātes· vñ et nucupate. Negāt q dā cães latrare qbus ī offa rana viua fuerit data Sfungia a fingere id est nitidare & extergere dicta. Afranius. Accedo ad te ut tibi ceruicem fingam lintheo· id ē extergam. Cicero. Et fingebatur sfungis sanguis· id est extergebatur. Animal autem esse docetur cruore inherente petris. Vnde et dum abscidit sanguine emittit Nam alia sunt viuentia in aquis· & discurrunt ut pisces. Alia q̃ stāt fixa· ut ostree icini· sfungie. Ex his alias mares dici· eo q̃ tenues sint fistule· spissioresq; alias feminas· q̃ in maioribus fistulis sunt ac perpetuis. Alias duriores quas greci appellāt tragos· & nos hircosas dicere possumus· ob asperitatem sui. Mollissimū genus earum penicilli vocātur· eo q̃ apte sint ad oculorum tumores· & ad extrahendas lippitudines vtiles. Candide sfungie cura fiunt. Per estatem enim ad solem sternuntur· & sicut cera punica candorem bibunt. Animalium omnium in aquis vtē/tium nomina centum quadragintaquatuor· plinius ait diuisa ī generibus beluarum serpentium communium terre & aque· cā crorum concharum locustarum peloredum· poliporum solearū lacertorum & lulligenum et his similiū· ex quibus multa quo/dam nature intellectu temporum suorum ordinem cognoscūt· Quedam vero in suis locis sine mutatiōe vacant. In piscibus au/tem foeminis alie commixtione masculi concipiunt & pariunt

catulos. Alie ponunt oua·sine masculi commixtione suscepta·q̃
idem insequẽs sui seminis iactu perfunduntur·& que hoc mu/
nere fuerint afflata·generabilia fiunt· q̃ vero perfusa nõ fuerint·
sterilia perseuerant aut putrescunt ¶ De. Auibus ¶ Ca·vii

¶ Num nomen auium·sed genus diuersum. Nam sicut
specie sibi differut·ita & nature diuersitate. Nam alie
simplices sunt ut columbe. Alie astute ut ꝑdix· Alie
ad manum se subiiciunt ut accipiter. Alie reformidant ut gara/
mantes. Alie hominum conuersatione delectantur ut hirundo
Alie in desertis secretam vitam diligunt ut turtur. Alie solo se/
mine reperto nascuntur·ut anser. Aliae carnes edunt & rapinis
intendunt ut miluus. Alie in curia eque manent in locis semp
ut corui. Alie incole que manent in locis semp ut strucio. Alie
aduenticie que propriis temporibus reuertuntur· ut ciconie &
hirundines. Alie congrege·id est gregatim volantes·ut sturni et
coturnices. Alie soliuage·id ẽ solitarie ꝓpter insidias depredandi
ut aquila·accipiter·& quecunq; ita sunt. Alie vocibus strepunt·
ut hirundo. Alie cãtus edunt dulcissimos ut cignus & merula
Aliae verba & voces hominum imitantur· ut psitacus & pica.
Sed & alie sicut genere·ita et moribus innumerabiles. Nam vo
lucrum quot genera sint inuenire quẽquam non posse·neq; eni
omnes indie & ethiopie atq; scithie deserta q̃s penetrare potuit.
qui eorum genus vel differẽtias nosset. ¶ Aues dicte·eo q̃ vias
certas non habeant·sed per auia queq; discurrant. ¶ Alites eo q̃
alis alta intendant·& ad sublimia remigio alarum conscendant
¶ Volucres a volando. Nam vnde volare· inde & ambulare di
cimus ¶ Vola enim dicitur media pars pedis siue manus·& in
auibus vola pars media alarum·quarum motu penne agitãtur
Inde & volucres. ¶ Pulli dicuntur omnium auium nati·sed &
animalium et quadrupedum nati pulli dicuntur·ut hõ paruus
pullus dicitur. Recentes igitur nati pulli dicuntur·eo q̃ polluti
sunt. Vnde & vestis nigra pulla dicta est ¶ Ale sunt in quibus
penne per ordinem fixe volandi exhibent vsum. Vocate autem
ale·eo q̃ his aues complexos alant ac foueant pullos. ¶ Penna
a pendendo id est a volando dicta. Vnde & pendere· volucres
enim pennarum auxilio mouentur quando se aeri cõmendant
¶ Pluma quasi piluma. Nã sicut pili in quadrupedum corpore
ita plume in auibus. ¶ Auium noia multa a sono vocis constat

esse composita·ut grus·coruus·cignus·pauo·miluus·vlula·cucu
lus·graculus et cetera. Varietas enim vocis eorum docuit hoies
q̃ nominarentur. ¶ Aquila ab acumine oculorum vocata tãti
enim contuitus esse dicitur·ut cũ super maria immobili penna
feratur·nec hũanis pateat obtutibus· de tanta sublimitate pisci/
culos natare videat· ac tormẽti instar descendens raptã predam
pennis ad litus pertrahat. Nam & cõtra radium solis fertur ob/
tutum nõ flectere. Vnde & pullos suos vngue suspensos·radiis
solis obiicit· & quos viderit immobilem tenere aciẽ·ut dignos
genere conseruat·siquos vero flectere obtutum·quasi degeneres
abiicit ¶ Vultur a volatu tardo nomiatus putat. Magnitudine
quippe corporis prepetes volatus non habet. Harum quasdam
dicunt concubitu non misceri·& sine copula concipere & gene
rare·natosq; eorum pene vsq; ad centum annos procedere. Vul/
tures autem sicut & aquile & iam vltra maria cadauera sentiũt·
Altius quippe volantes multa que mõtium obscuritate celantẽ·
ex alto illi conspiciũt. ¶ Gradipes apud grecos vocat auis apud
nos tarda·eo q̃ graui volatu detẽta·nequaq̃m ut cetere volucres
attollitur velocitate pennarum ¶ Grues nomen de propria vo/
ce sumpserunt·tali enim sono susurrant. Ne autẽ dum properãt·
vnam sequũtur ordine litterato. De quibus lucanus. Et turbata
perit dispersis littera pennis. Excelsa autem petunt·quo facilius
videant quas petant terras. Castigat autem voces q̃ cogit agmẽ
at vbi raucescit succedit alia. Nocte autem excubias diuidunt·et
ordinem vigiliarum per vices faciunt· tenẽtes lapillos suspensis
digitis·quibus somnos arguant·quod cauendum erit·clamore
indicat. Etatem in illis color prodit. Nam senectute nigrescunt·
¶ Ciconie vocate a sono quo crepitant·quasi cicanie· quem so/
num oris potius constat q̃m vocis·quia eum quatiente rostro
faciunt. Ne veris nuncie·societatis comites·serpentũ hostes·ma/
ria transuolant·in asiam co lecto agmine pergunt. Cornices du
ces eas precedunt· & ipe quasi exercitus persequuntur. Eximia
illis circa filios pietas. Nam adeo nidos impensius fouẽt·ut assi/
duo cubitu plumas exuant. Quantum autem tempus impende
rint in fetibus educandis·tantũ & ipe in vice a pullis suis alunt̃
¶ Olor auis est·quam greci cignum appellãt. Olor aũt dictus
q̃ sit totus plumis albus·nullus enim meminit cignũ nigrum·
olo enĩ grece totũ dicitur ¶ Cignus aũt a canẽdo est appellatus

eo q̃ carminis dulcedinem modulatis vocibus fundit. Ideo au
tem suauiter eum canere dicũt· quia collum longum et inflexũ
habet·& necesse est eluctante voce per longũ & flexuosum iter
varias reddere modulatiões. Ferunt in hiperboreis partibus pre
cinentibus citharedis·olores plurimos aduolare·apteq̃ admodũ
concinere. Olores autem latinum nomen est. Nam grece cigni
dicuntur. Naute vero sibi hanc bonam prognosiam facere dicũt
sicut emilius ait. Cignus in auspiciis semp letissimus ales. Nũc
optant naute·quia se non mergit in vndas ¶ Strucio greco no/
mine dicitur·quod animal in similitudinem auis pẽnas habere
videtur·tamen de terra altius non eleuatur. Qua sua fouere ne/
gligit. sed proiecta tantũmodo fotu pulueris animant. ¶ Ardea
vocata·quasi ardua·id est propter altos volatus. Lucanus. Nusa
uolare ardea. Formidant enim bimbres·& supra nubes euolant·
ut procellas nubium sentire non possint. Cum autem altius vo
lauerit·significat tempestatẽ ¶ Hanc multi tantalum nominãt·
¶ Fenix auis arabie·dicta q̃ colorem feniceum habeat·vel q̃ sit
in toto orbe singularis & vnica. Nam arabes singularẽ & vnicã
fenicem vocant. Haec quingentis vltra annis viuens·dum se vi
derit senuisse·collectis aromatum virgultis·rogum sibi instruit
& cõuersa ad radium solis· alarum plausu voluntarium sibi in/
cendium nutrit·sicq̃ iterum de cineribus suis resurgit ¶ Cino/
molgus & ipa arabica auis·proinde ita vocata· q̃ in excelsis ne/
moribus texit nidos ex fructibus cinnami. Et quoniam non
possunt ibi homines conscendere ꝓpter ramorum altitudinem
& fragilitatem·eosdem nidos plumbatis appetũt sagittis· ac sic
cinnama illa deponunt·& precis amplioribus vendunt· eo q̃
cinnamum illud magis q̃m alia mercatores probent ¶ Psitacus
in indie litoribus gignitur·colore viridi·torque puniceo·grandi
lingua·& ceteris auibus latiore. Vnde & articulata verba expri/
mit·ita ut si eam non videris·hominem loqui putes. Ex natura
autem salutat dicens·aue vel chere. Cetera nomina institutione
discit. Hinc est illud. Psitacus a vobis aliorum nomina disco.
Hoc didici per me dicere caesar aue. ¶ Alcion pellagi volucer·
dicta quasi ales oceana· eo q̃ bieme in stagnis oceani nidos fa/
ciat·pullosq̃ educet·qua excubante· ferẽ extento equore pelagus
silentibus ventis·continua septẽ dierum tranquillitate mitescere
& eius fetibus educandis obsequium ipa rerum natura prebere

¶ Pellicanus auis egipciaca· habitans in solitudine nili flumis
vnde & nomen sumpsit. Nam canopus egiptus dicit. Fertur si
verum sit· eam occidere natos suos· eosq; per triduum lugere· de/
inde scipam vulnerare· et aspersiõe sui sanguinis viuificare filios
¶ Stromphalide aues ab strophadib9 insulis appellate· vbi plu
rimum habũdant· aduersus quas hercules sagittis est vsus· sunt
enim pelagi volucres in insulis habitantes. ¶ Diomedias aues
a socis diomedis appellatas· quos ferunt fabule in easdem volu
cres fuisse conuersos· forma fulice similes· magnitudine cigno;
colore candido· duris & grandibus rostris. Sunt autẽ circa apu
liam in insula diomedia inter scopulos litorum & saxa volitan
tes Iudicant inter suos & aduenas· nã si grecus est· propius acce/
dunt & blandiuntur. Si alienigena morsu impugnant & vul/
nerant· lachrimosis quasi vocibus dolentes· vel suã mutationẽ·
vel regis interitum. Nam diomedes ab illiriis interemptus est.
Ne autem aues latine diomedie dicuntur. ¶ Greci eas herodios
dicũt ¶ Mennonides aues egiptie· appellate a loco vbi mennon
perit. Nam cateruatim aduolare dicuntur ex aegipto ad ilium·
iuxta mennonis sepulcrum. Et proinde eas ilienses mennonias
vocant. Quinto autem anno ad ilium veniunt· & cũ biduo cir/
cumuolauerint· tercia die ineũtes pugnam· vicissim se vnguibus
rostrisq; dilacerant. ¶ Ericinee aues dicte ab hercinio saltu ger/
manie vbi nascuntur. Quarum penne adeo per obscurũ emicãt
ut q̃muis nox obtenta densis tenebris sit· ad presidi itineris diri
gendi late interluceant· cursusq; vie pateat indicio plumarũ ful/
gentium ¶ Onocrocolon greci vocant rostro longo. Quorum
duo sunt genera· aliud aquatile· aliud solitudinis ¶ Ibis auis ni/
li flumis· que semetipam purgat rostro· in anũ aquã fundens·
Haec serpẽtium ouis vescitur· ex eis escam gratissimã nidis suis
deportans ¶ Meropes eosdemq; & gaulos· q; parentes suos recõ
dere atq; alere dicuntur. ¶ Coredulus genus volatile· quasi cor
edens ¶ Monedula auis quasi monetula· que cum aur; inuenit
auffert & ocultat Cicero pro valerio flacco. Non plus aurũ tibi
q̃m monedule committendum ¶ Vespertilio autem pro tẽpore
nomen accepit· eo q; lucem fugiens crepusculo vespertino circũ
uolet· precipiti motu acta· & tenuissimis brachiorum membris
suspensa· animal muribus simile· non tam voce resonans q̃m
stridore· spẽ quoq; volatilis simul & quadrupes· quod in alis

auibus repertri non solet ¶ Luscinia auis inde nomen sumpsit
q; cantu suo significare solet diei surgentis exortum quasi luci/
nia ¶ Eadem & acredula. De qua cicero in ,pgnosticis. Et ma/
tutinos exercet acredula cantus ¶ Vlula auis
id est a planctu et luctu nominata·cum enim clamat aut fletũ
imitatur aut gemitum. Vnde & apud augures si lamentet̃ tri/
sticiam·tacens ostendere fertur ,psperitatem ¶ Bubo a sono vo/
cis compositum nomen habet·auis feralis·onusta quidem plu/
mis sed graui semper detenta pigricia in sepulchris die noctuq;
versatur·& semper commoratur in cauernis. De quã ouidius.
Fedaq; fit volucris venturi nũcia luctus. Ignauis bubo dirum
mortalibus omen. Deniq; apud augures malum portẽdere fert̃.
Nam cum in vrbe visa fuerit· solitudinem significare dicunt.
¶ Noctua dicitur pro eo q; nocte circũuolat· & per diem non
possit videre. Nam exorto splendore solis·visus illius hebetatur·
Hanc autem insula cretensis non habet·& si veniat alrunde·sta/
tim moritur. Noctua autem non est bubo. Nam bubo maior
est ¶ Nocticorax ipa est & noctua·qa noctem amat·est enim
auis lucifuga·& solem videre nõ patitur ¶ Strix nocturna auis
habens nomen de sono vocis·quando enim clamat stridet. De
qua lucanus. Quod trepidus bubo quod strix nocturna que/
runtur ¶ Haec auis vulgo amma dicitur·ab amando paruulos
Vnde & lac prebere dicitur nascentibus. ¶ Coruus siue corax
nomen a sono gutturis habet·q; voce coracinet. Et fertur haec
auis q; editis pullis· escam plene nõ prebeat priusq̃m in eis per
pennarum nigredines similitudinem proprii coloris agnoscat·
postq̃m vero eos tetros plumis aspexerit·in toto agnitos habũ/
dantius pascit. Hic prior in cadauteribus oculorum petit loca.
¶ Cornix annosa auis·apud latinos greco nomine appellatur·
quam aiunt augures hominum curas significationibus agere·
insidiarum vias monstrare·futura predicere. Magnum nephas
hec credere·ut deus consilia sua cornicibus mandet. Huius inter
multa auspicia tribuunt &iã pluuias portẽdere vocibus. Vnde
est illud. Tunc cornix plena pluuiã vocat improba voce ¶ Gra/
culus a garrulitate vocis nuncupatus·non ut quidam volunt·
pro eo q; gregatim volent·cum sit manifestum ex voce eũ nun
cupari. Est autem loquacissimũ genus & vocibus importunũ
¶ Pice quasi poetice· q; verba in discrimine vocis exprimãt ut

homo. Per ramos enim arborũ pendule importuna garrulitate
sonantes·& si linguas in sermone nequeunt explicare·sonum ta
men humane vocis imitant. De qua congrue quidam ait. Pica
loquax certum dominum te voce saluto. Si me non videas esse
negabis auem. ¶ Picus a pico saturni filio nomẽ sumpsit·eo q̃
ea in auspiciis vtebatur. Nam ferunt hanc auem quiddam ha/
bere diuinum· illo indicio q̃ in quacunq; arbore nidificauerit·
clauum vel quicquid aliud fixum fuerit· diu berere non possit·
quin statim excidat vbi illa insederit. Iste est picus marcius. Nã
alia est pica. ¶ Pauo nomen de sono vocis habet·cuius caro tã
dura est·ut putredinem vix sentiat·nec facile coquatur. De quo
quidam sic ait. Miraris quotiens gemmantes explicat alas. Si
potes hunc seuo tradere iure coquo. ¶ Fasianus a faside insula
grecie. Vnde primũ asportatus est appellatus. Testatur id vetus
disticon. Illuc argiua sum transportata carina. Ante michi notũ
nil nisi fasis erat. ¶ Gallus a castratiõe vocatus·inter ceteras eni
aues huic soli testiculi adimuntur. Veteres enim abscisos gallos
vocabant. Sicut autẽ a leone leena·& a dracone dracena·ita a gal
lo gallina. Cuius membra ut ferunt quidam si auro liquescenti
misceatur consumi ¶ Anas ab assiduitate natandi aptũ nomen
accepit·e quo genere quedam germane dicuntur·q̃ plus ceteris
nutriant ¶ Anseris nomẽ anas dedit·per deriuationem·vel a si/
militudine· vel q̃ ipa natandi frequentiam habeat. Iste vigilias
noctis assiduitate clangoris testatur. Nullum autem animal ita
odorem hominis sentit ut anser. Vnde et clangore eius gallorũ
ascensus in capitolio rome deprehensus est. ¶ Fulica dicta ẽ·q̃
caro eius leporinam sapiat. Lagos enim lepus dicitur. Vnde &
apud graecos logos vocatur. Est enim auis stagnensis·habens
nidum in medio aque vel in petris quas aque circumdant·ma/
ritimoq; semper delectat profundo·que dum tempestatẽ persen/
serit fugiens in vado ludit. ¶ Mergus ab assiduitate mergendi
nomen habet·sepe autem demisso in profundum capite·aurarũ
signa sub fluctibus colligunt·& preuidentes equoris tẽpestatẽ·
cum clamore ad litora tendunt. Nam in pelago iam grauissimã
esse tempestatẽ ostat·cũ ad litora mergi ofugerint. ¶ Accipiter
auis animo plus armata q̃m vngulis·virtutem maiorem in mi
nore corpore gestans. Haec ab accipiendo id est a capiendo no
men sumpsit·est enim auis rapiendis aliis auibus auida·ideoq;

vocatur accipiter hoc est raptor. Vñ & paulus apostolus dicit. Sustinetis enim siquis vos accipit ut enim diceret siquis rapit· dixit siquis accipit. Fertur autem accipitres circa pullos suos impios esse· nam dum viderit eos temptare volatus· nullas eis prebent escas· sed verberant pénis & a nido precipitant· atq; a tenero compellunt ad predam· ne forte adulti pigrescant. ¶ Capus itala lingua dicitur a capiendo. ¶ Hunc nostri falconé vocant· eo q; incuruis digitis sit ¶ Miluius mollis· & viribus & volatu quasi mollis auis· vnde & nuncupatur. Rapacissimus tamen & semper domesticis auibus insidiatur. ¶ Ossifrangus vulgo appellatus· auis que ossa ab alto demittit & frangit. Vnde & a frãgendo ossa nomen accepit ¶ Turtur de voce vocatur· auis pudica & semper in montium iugis & in desertis solitudinibus cõmorans· tecta enim hominum & conuersationem fugit· & cõmoratur in siluis· que & iam hieme deplumata in truncis arborum concauis habitare perhibetur. Cuius econtrario columba hospicia humana diligit· domorũ semper blanda inhabitatrix· ¶ Columbe dicte q; earum colla ad singulas conuersiones colores mutent· aues mansuete· & in hominum multitudine conuersantes· ac sine felle quas antiqui venerias nũcupabant· eo q; nidos frequentent· & osculo amorem concipiant. ¶ Palumbes aues· eo q; sint farte a pabulo· quas vulgus titos vocat· auis casta ex moribus appellatur· q; comes sit castitatis. Nam dicit q; amisso corporali consortio· solitaria incedat· nec carnalem copulam vltra requirat. ¶ Perdix de voce nomen habet· auis dolosa atq; immunda· nam masculus in masculum consurgit· & obliuiscitur sexum libido preceps· adeo autẽ fraudulenta· ut alterius oua diripiens foueat· sed fraus fructum nõ habet. Deniq; dum pulli proprie vocem genitricis audierint· naturali quodam instinctu hanc que eos fouit relinquunt· & ad eandem q̃ genuit reuertuntur ¶ Coturnices a sono vocis dicte ¶ Quas greci ortigias vocant· eo q; vise fuerint primum in ortigia insula. Hee adueniendi habent tempora. Nã estate depulsa maria transmeãt ¶ Ortigometra dicitur que gregem ducit· eam terre appropinquantem accipiter videns rapit· ac propterea est cura vniuersis ducem solicitare externi generis· per quam caueant prima discrimina. Cibos gratissimos habent semina venenorum· quam ob causam eas veteres vesci interdixerũt. Solum enim hoc animal

sicut & homo caducum patitur morbum. ¶ Vpupam graeci appellant·eo q stercora humana desideret·& fetenti pascatur fimo·auis spurcissima·cristis extantibus galeata·semper in sepulcris & humano stercore commorãs. Cuius sanguine quisquis se inunxerit dormitum pergens·demones suffocantes se videbit ¶ Tucos quos hispani cuculos vocant· a propria voce constat nominatos. Hi veniendi habent tempus·miluorũ scapulis suscepti ꝓpter breues & paruos volatus· ne per longa aeris spacia fatigati deficiant. Horum saliue cicades gignunt. Oua passeris nido reperta comedit·& sua obnicit·que ille suscepta·& fouet & nutrit. ¶ Passeres sunt minuta volatilia·a paruitate vocata. Vñ & pusilli & parui. ¶ Merula antiqtus medula vocabatur·eo q modulet. Alii merulam vocatã aiunt· q a sola volat·quasi mera volans. Haec cum in omnibus locis nigra sit·in achaia candida est ¶ Hirundo dicta q cibos non sumat residens·sed in aere capiat escas & edat. Garrula auis & per tortuosos orbes et flexuosos circuitus peruolans·& in nidis construendis educandisq fetibus solertissima. Habens etiam quiddam prescium·q lapsura deserat nec appetat culmina. A diris quoq auibus nõ impetit· nec vnq̃m preda est·maria transuolat·ibiq hieme commoratur ¶ Turdi a tarditate dicti·hiemis eni confinio se referũt. ¶ Turdela quasi minor turdus· cuius stercore viscum generari putat. Vnde & prouerbiũ apud antiquos erat·malum sibi auẽ cacare. ¶ Furfurio vocatus q prius farre in farinam redacto pascerẽt. ¶ Ficedule dicte·q ficos magis edant·quod pãdatur versiculo veteri illo. Cum me ficus alat·cũ pascar dulcibus vuis. Cur potius nomen non dedit vua michi ¶ Carduelus q spinis & cardibus pascitur ¶ Vnde & apud grecos achãtis dicta est·ab achantis id est spinis quibus alitur. Augures autem dicunt· & in gestu & in motu & in volatu & in voce auium signa esse constituta ¶ Oscines aues vocant·qui ore cantuq auspicium faciũt ut coruus· cornix·picus. ¶ Alites que volatu ostendere futura videntur. ¶ Que si aduerse sunt inhibe dicuntur·q inhibeant id· est vetent ¶ Si prospere prepetes. Et ideo prepetes·quia omnes aues priora petunt volantes ¶ Terciam faciunt specie auguriorũ in auibus·quã cõmunem vocant·ex vtroq commixtam· id est cũ aues ex ore & volatu auguria faciũt·sed fides nõ habet. Omnium autem genera volucrum bis nascuntur. Primũ eni oua

gignuntur·inde calore materni corporis formantur et animantur
¶ Oua autem dicta·ab eo q̃ sint vuida. Vnde & vua· eo q̃ in/
trinsecus humore sit plena ¶ Nā huidum ē·quod exterius hu/
morem habet ¶ Vuidum quod interius. Quidam autē putant
ouum grecam habere originem nominis. Illi autem dicūt oua
v littera ablata oa. Quedam autem inani vento concipiunt· sed
non sunt generabilia·nisi que fuerint concubitu masculino cō/
cepta·& seminali spiritu penetrata. Quorum vim tantam dicūt
ut lignum perfusum ouo non ardeat·ac ne vestis quidem cōtra
aduratur. Admixta quoq̃ calce glutinare fertur inter fragmēta.

¶ De. Minutis volatilibus ¶ Ca·viii

Apes dicte· q̃ se pedibus inuicē alligēt·vel ꝓ eo q̃ sine
pedibus nascantur. Nam postea & pedes & pennas
accipiunt. Ne solertes in generādi mellis officio·assig
natas incolunt terras vel sedes·domicilia inenarrabilia arte com
ponunt·ex varius floribus fauum cōdunt·texisq̃ cēris innume/
ra prole castra replent·exercitum et reges habent·prelia mouent
fumum fugiunt·tumultu exasperantur. Nas plerique experti sunt
nasci de boum cadaueribus. Nam pro his creandis vitulorum
occisorum carnes verberantur·ut ex putrefacto cruore vermes
creentur·qui postea efficiūtur apes. Proprie autem apes vocantur
orte de bubus·sicut scabrones de equis· fuci de mulis· vespe de
asinis ¶ Castros greci appellant·qui in extremis partibus fauo
rum maiores creantur·quos aliqui reges putant·dicti q̃ castra
ducant ¶ Fucus est maior ape·scabrone minor. Dictus autem
fucus q̃ alienos labores edat· quasi focus· depascit enim quod
non laborauit. De quo virgilius. Ignauum fucus pecus a prese
pibus arcet ¶ Scabrones vocati a cabo id ē caballo· q̃ ex eis cre/
entur. Sicut autem scabrones nascuntur de equorum carnibus
putridis·ita ex eis iterum sepe nascunt scarabei·vnde & cogno/
minati sunt. ¶ Tauri vocantur scarabei terrestres ricino similes
¶ Bupestris animal est in italia paruum· similimum scarabeo
longipedum·fallit inter herbas bouem maxime·vnde & nomē
habet·deuoratumq̃ tacto felle·ita inflammat·ut rumpat ¶ Ci/
cendela scarabeorum genus est· eo q̃ gradiens vel volans lucet.
¶ Blatte a colore nuncupate·siquidem & comprehense manū
tingunt. Vnde & blatteum colorem dicunt. Hoc autē animal
lucem videre nō patitur·contrariū musce. Nam musca lucipeta·

& blatta lucifuga est·per noctem enim tantum ambulat. ¶ Pa
piliones auicule sunt· q̃ maxime habundant florentibus maluis
quiq; vermiculos stercore suo faciunt nasci. ¶ Locusta q; pedi/
bus sit longis veluti hasta. Vnde & eam greci tam maritimam
q̃m terrestrem hastago appellant ¶ Cicade ex cuculorũ nascũ/
tur sputo. Ide in italia apud reginos multe sunt· nec vsq̃m alibi
¶ Musca ex greco venit sicut et mus. Idee sicut & apes necate
in aqua aliquotiens post vnius hore spacium reuiuiscunt ¶ Ci
nomia grece vocatur·id est musca canina. Nam cenos grece ca/
nis vocatur ¶ Culex ab aculeo dictus·q; sanguinem sugat· ha/
bet enim in ore fistulam in modum stimuli·qua carnẽ terebrat
ut sanguinem bibat ¶ Scinifes musce minutissime sunt sed acu
leis permo este·quibus tercia plaga superbus populus egiptio;
cesus est ¶ Oestrus animal armẽtis aculeis permolestũ. Oestrũ
autem graecum est·quod latine asilus·vulgo tabanus vocatur.
¶ Bibiones sunt qui in vino nascuntur·quos vulgo muscionis
a musto appellãt. Vnde afranius. Cum me expectas et fabulari
incipis ex ore in oculis tuis bibiones inuolant. ¶ Gurgulio di/
citur·qa pene nichil ẽ aliud nisi guttur ¶ Finit duodecimus

¶ Prefatio in librum sequentem

IN hoc libello quasi in quadã breui tabula quasdam celi causas
situsq; terrarum·& maris spacia annotauimus·ut in modico ea
lector percurrat·& compendiosa breuitate ethimologias eorum
causasq; cognoscat Finit prefatio

INCIPIT · LIBER · TREDECIMVS · DE · MVNDO

MVNDVS · EST · CELVM · TERRA
MARE · ET · QVE · IN · EIS · SVNT
OPERA · DEI · DE · QVO · Dicitur
Et mundus per ipm factus est. Mundus
latine a philosophis dicitur·q; in sempiter
no motu sit·ut caelum·sol·luna·aer·maria
Nulla enim requies eius elementis accessa
est·ideoq; semper in motu est. Vnde & animalia varroni viden
tur elementa· quoniam per semetipa inquit mouentur. Graeci
vero nomen mundo de ornamento accomodauerunt· propter
diuersitatem elementorum· & pulcritudinem siderũ. Appellat